

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Natiuitas m cum uariis

Nunquid inuenerunt palacium marmoribus splendidum? Nunquid aulam regiam diuersis populis personantem? Nunquid hastatas siue clipeatas militum cateruas? Nunquid equos regalibus phaleris insignes? Nunquid currus auro ostroque fulgentes? Nunquid matrem eius dyademate coronatam aut in lecto eburneo recumbentem? Nunquid puerum bisso et purpura inuolutum? Vtique non sed pocius angustum et humile tugurium, uile squalidumque presepium, et magis animalibus quam hominibus aptum, puerum uilibus pannis inuolutum, matrem uix tunicam habentem unam, non ad ornatum corporis sed ad tegumentum nuditatis.

Crisostomus super illud Matthei II.: Intrans domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

illud Matthei] Mattheum P V¹ V² L¹ L²; puerum] matrem B C; cum Maria matre eius *om.* P V¹ V² L¹ L²; matre eius *om.* B